Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nasceretur: et diem in quo
nasceretur elegit: et ipse con
dicit quod elegit. Sic
namque olim predictum
est. Mater syon dicet
homo: et homo factus est
in ea: et ipse fundavit eam
altissimus. O omnipoten
tia nascentis: o magni
ficentia de celo ascendentis
descendentis. Adhuc in
utero portabatur: et ex
utero matris a iohanne
bpta salutabatur. Tunc
ille symeon senex an
nosus. probatus. coro
natus: tunc cognovit
tunc adoravit: tunc dixit.
Nunc dimittis servum tuum
in pace: quia viderunt
oculi mei salutare tuum.
Differebatur exire de se
culo: ut videret natum
per quem conditum est se
culum. Agnovit infan
tem senex: factus est in
puero puer: innova
tus in etate. qui plenus
erat pietate. Symeon
senex ferebat xpm:
xpc regebat symeonis
senectutem. Dictum ei
fuerat a dno quod non
gustaret mortem: nisi
videret xpm dnm natum.
Natus est xpc et imple
tum est desiderium se
nis: in mundi ipius se
nectute. Ipse ad senem
hominem venit: qui
mundum invenit. In
isto quidem sclo diu esse
nolebat et xpm in hoc
sclo videre cupiebat: can
tans cum ppha et dicens.
Ostende nobis dne mi
sericordiam tuam et salu
tare tuum da nobis. Deni
que ut noveritis ita esse istius
leticiam: conclusit di
cens. Nunc dimittis
servum dne in pace: quia